

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Iam pius Aeneas regno nataque Latini
2 auctus erat, populos miscueratque duos.
3 litore dotali solo comitatus Achate
4 secretum nudo dum pede carpit iter,
5 aspicit errantem, nec credere sustinet Annam
6 esse: quid in Latios illa veniret agros?
7 dum secum Aeneas, 'Anna est!' exclamat Achates:
8 ad nomen voltus sustulit illa suos.
9 heu, quid agat? fugiat? quos terrae quaerat hiatus?
10 ante oculos miserae fata sororis erant.
11 sensit, et adloquitur trepidam Cythereius heros
12 (flet tamen admonitu motus, Elissa, tui):
13 'Anna, per hanc iuro, quam quondam audire solebas
14 tellurem fato prosperiore dari,
15 perque deos comites, hac nuper sede locatos,
16 saepe meas illos increpuisse moras.
17 nec timui de morte tamen: metus abfuit iste.
18 ei mihi, credibili fortior illa fuit.
19 ne refer: aspexi non illo corpore digna
20 volnera Tartareas ausus adire domos.
21 at tu, seu ratio te nostris adpulit oris
22 sive deus, regni commoda carpe mei.
23 multa tibi memores, nil non debemus Elissae:
24 nomine grata tuo, grata sororis eris.'
25 taliam dicenti (neque enim spes altera restat)
26 credidit, erroresque exposuitque suos;
27 utque domum intravit Tyrios induta paratus,
28 incipit Aeneas (cetera turba tacet):
29 'hanc tibi cur tradam, pia causa, Lavinia coniunx,
30 est mihi: consumpsi naufragus huius opes.
31 orta Tyro est, regnum Libyca possedit in ora:
32 quam precor ut carae more sororis ames.'
33 omnia promittit falsumque Lavinia volnus
34 mente premit tacita dissimulatque metus;
35 non habet exactum quid agat: furialiter odit,

36 et parat insidias et cupit ultra mori.

Herbst 1994

- 2 -

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Z.3: **litore dotali** - Wie müßte der Ausdruck vollständig heißen?
2. Z.5: **nec credere sustinet** - Welche Ausdrucksmöglichkeiten der klassischen Prosa vertritt diese Wendung?
3. Z.11: **Cythereius heros** - Welcher Typus von Personenbezeichnung? Wie ist der vorliegende Fall zu klären?
4. Z.27: **Tyrios induta paratus** - Erklären Sie die Konstruktion!